natalicio filius suus se expectantibus missarum solempnia implere
se posse recusavit. Ille vero quia de eius erant pariter egressione
suspecta. simul ad eum omnes venerunt sese vivaciter adstringen
tes. ut die eodem nequaquam adquiescerent missarum sollemnia cele
brare. nisi per apud dominum isdem suus antistes intercessor accederet,
tunc ille compulsus in episcopii oratorio missas fecit. et manu sua cor
pus domini cum. pacem que omnibus tribuit. qui cuncto ministerio obla
ta sacrifici peracto. ad lectulum redit. ibique iacens cum sacerdotes suos
ac ministros circumstare secerneret. quasi ille ultimum dicens.
deservando eos vinculo caritatis ammonebat. et quanta debuis
sent concordia inter se vivere predicabat. Cum subito inter ipsa
sancta exhortationis verba. voce terribili clamavit dicens. hora est,
Moxque adsistentibus ipsis suis manibus linteum dedit quod ex mo
re morientium sibi contra faciem tenderetur, quo tenso. spiritum emi
sit. Sicque illa sancta anima ad gaudia aeterna perveniens. a carnis
corruptione soluta est; Quem fratres karissimi quem mirifice in morte
sua imitatus est. nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus.
dicens enim hora est; De corpore exiit. quia et ihesus peractis omnibus;
cum dixisset. consummatum est. Inclinato capite tradidit spiritum. quod
igitur dominus ex potestate. hoc egit famulus ex vocatione. Ecce coti
dianae hostiae illa cum elymosinis et lacrimis missa legatio. quantam
cum rege venienti gratiae pacem fecit. Relinquit ergo omnia
qui potest. qui autem relinquere omnia non potest. cum adhuc
rex longe est. legationem mittat. lacrimarum elymosinarum hostiarum
munera offerat; Vult enim placari muneribus et precibus qui
scit quia portari non possit iratus, quod adhuc moram facit venire.
legationem pacem sustinet, venisset et iam namque si vellet. et cunc
tos adversarios trucidasset. Sed quam terribilis veniet indicat.
et tamen ad veniendum tardat. quia non vult invenire quos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0156